

De comite Othone Viromandensi habuimus duas scutellas, quas vendidit Durannus diaconus, nepos Siemberti.

De Hermengardi comitissa duo candelabra, quae vendidit Albricus diaconus, filius Guibaldi.

Balduinus cancellarius misit nobis aurum, et habuimus.

Imperatrix misit unam libram auri, et habuimus.

Leuvidis, uxor Guidonis de Quarnaco, dedit nobis pelliciam suam marterinam¹, vendidimus et habuimus.

Guibaldus, filius Richeri iudicis, dedit nobis quadraginta solidos, et habuimus.

De Rainaldo, filio comitis Manasse, triginta et sex solidos habuimus.

Rotbertum Normannorum comitem recepimus in ecclesiam nostram cum processione, et dedit sanctae Mariae armillam auream super altare, et inde habuimus duas partes, et iuravit Popelinus presbyter, qui et Drogo dicebatur, ita fieri debere, testibus Dudone et Landrico.

[Verte folium et cetera require².]

fol. 67. Anno 4^{to} archiepiscopatus domni Rainaldi, 1086. cum venisset Remis Rotbertus comes Flandrensis, filius Rotberti marchionis, qui eodem anno Iherosolimam profectus fuerat, fecimus ei processione, et obtulit super altare sancte Mariae duo pallia. Et benedictus cum sponsa sua a praedicto archiepiscopo ante maius altare, finita³ missa, recessit comes in sua. Nos autem de oblatiis palliis duas partes habuimus, sicut est procul dubio consuetudinis nostrae, ut de quibuscumque oblatio facta sit in altari, nos duplum recipiamus, processione facientes³.

fol. 84—113'. V. Alcuini, beginnt: 'Superna Christi rorante'. Diese älteste Hs. der Vita, aus welcher die Ausgabe Duchesne's geflossen ist, galt für verschollen. Mabillon, Jaffé und Arndt haben sie vergeblich gesucht. Letzterer schreibt über den Codex: 'Hodie quoque latet vel omnino periit' (SS. XV, p. 183). Er ist aber nicht aus dem 9., sondern aus dem 11. Jahrh.

n. 785. 795, fol. 209, saec. XI., in Folio, stammt aus St. Thierry bei Reims nach einer Notiz saec. XII. auf fol. 1: 'Liber sancti Theoderici, auferenti sit anathema'.

fol. 161'—169. V. Vedasti mit Alcuins Brief an Rado, den ich verglichen habe. Hinter demselben stehen die Capitolverzeichnisse zu 3 Büchern. Das erste beginnt: 'Postquam' und schliesst: 'ab omni adversitate secura permanebit et usque ad perfectam beatitudinis gloriam per-

1) Marderfell.

2) retro *m. al. add. c.*

3) f. *m. superscr. c.*